



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Ioannis|| Climaci Ab-||batis Montis|| Synai,|| Scala Paradisi**

**Johannes <Climacus>**

**Coloniae, 1583**

**VD16 J 520**

Responsio Abbatis Theodori Pentapolitani super solutione abstinentiæ vini.  
Capvt CLXII.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55433)

*Responsio Abbatis Theodori Pentapolitani super  
solutione abstinentiæ vini.*

## C A P V T C L X I I .

**Q**uintodecimo ab Alexandria milliario monasterium est, quod vocatur Calamoniter Octauumdecimum, & Maphora. In hoc vidimus Abbatem Theodorum Pentapolitanum. Erat autem nobiscum Sophista Sophronius. Et interrogauimus eum: Bonum est, pater, quoties vel ipsiad aliquem pergim<sup>9</sup>, vel si quis venit ad nos vini abstinentiam soluere? Respondit nobis senior, & ait: Non. Aio autem ad eum: Et quomodo antiqui patres soluebant? Respondit senex: Antiqui patres, vt magni, & potentes, & soluere poterant, & iterum ligare: nostra verò generatio, filii, soluere ac ligare non sufficit. Nam si soluamus tantum abstinentiæ nostræ, nos ipsos iam continere non possumus.

<sup>1</sup> Colligis ex hoc loco, quod antiqui monachi perpetua utebantur vini abstinentia Et ex sine capitali habebant quantæ ea utilitatis sit.

*Vita Abbatis Pauli Telladici.*

## C A P V T C L X I I I .

**D**ICEBAT Abbas Alexander monasterii Calamonis, quod est prope Iordanem, pater: Die quadam cum essem apud Abbatem Paulum Telladicum in speleo ipsius, ecce quidam veniens pulsauit, egressusque senior aperuit ei & proferens panem, & cicer infusum, posuit ante illum, & manducabat. Ego autem putabam, quia peregrinus esset, & aspiciens per